



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Bonis Operibvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

uiae sententia facile intelligi & iudicari potest ab omnibus p̄ijs  
in veris exercitijs p̄enitentia, & in quotidiana inuocatio-  
ne profecto fieri non potest, nisi fides inuenatur mediatorem,  
per quem exaudiatur. Ideoq; ad Ecclesiæ iudicium prouoco,  
et ad pios, eruditos, & intelligentes exercitia p̄enitentia & in-  
uocatio.

## DE BONIS OPERIBVS.

¶ Oportet exposita est doctrina de reconciliatione & de fide, ne-  
cessitate addi doctrinam de bonis operibus, seu de noua obedi-  
entia. Plane igitur & clare dico: Obediencia nostra, hoc est, iusticia  
boni conscientia seu operum, quæ Deus nobis præcepit, necessario  
sequitur reconciliationem debet. Christus enim clare præcipit de p̄enitentia.  
¶ Paulus inquit: Debitores sumus, ne secundum carnem vi-  
vamus. i. Corinth. 5. Ne errate, fornicatores, adulteri, idololatriæ,  
fatu, &c. non possidebunt regnum Det. 1. Iohan. 3. Nemo seducat  
vit, qui facit iusticiam, iustus est, qui facit peccatum, ex Diabolo est:  
Adhuc apparuit Filius Dei, ut destruerat opera Diaboli. Regeneramur  
in reconciliacione, ut noua obediencia in nobis incoetur. Sic  
ad Ephes. scriptum est: Ipsius opus sumus, conditi per Chri-  
stum Ihsu ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut in eis ambule-  
mus. Contineat enim hæc sententia & doctrinam necessariam, & con-  
ciliacionem. Primum enim de necessitate concionatur, cum ait: Nos  
conditos esse ad bona opera. Deinde consolatio est, quod in-  
quit Deus præparare in Ecclesiæ bona opera, ut in Samuele, Davi-  
do, Iesu, Jeremias & similibus, admirabilia opera præparauit, per  
quæ & vocat, & regit, & conseruat Ecclesiam. Et ut alibi dicitur:  
Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: ita hic Paulus ait,  
Præparati Deo bona opera, id est, non solum mandari, ordinari &  
asservari, sed etiam adiuuari, & stabiliri. Etsi luctatur Ecclesia cum  
vario difficultatibus, ut offendunt Jeremiæ, Pauli, & similium af-  
flictiones, tamen res magnas gerit, & salutares alijs, etiam mundus  
angustas parte eas non intelligit. Sed nos intelligere vocationem  
obedire debemus, ut opera præparata à Deo faciamus.

Sunt autem de bonis operibus hæc quinq; præcipua questiones.  
1. Quæ opera sint facienda. 2. Quomodo fieri possint.  
3. Quomodo placeant. 4. Cur facienda sint. 5. Quod  
se distingueat de delictis, cum necesse sit fateri, quod in hac vita ma-  
nus peccata in Saeculis.